In natura et ad bellum preparati sunt. prop
terea dixit de locustis. similes esse
equis paratis ad bellum. Nunc dicit
angelos solutos. et quos sedentes vidisse
id est omnes sessores eorum demones.
Et numerus in quid est equestrium
bis miriades. miriadum audivi
numerum eorum.

Miriades miriadum numerum equestrium
est quod in latine dicitur milia
milium. Sed non dixit quod
miriadum. ut occiderent tertiam
partem hominum. Haec est tertia
de qua superius diximus ecclesia. ut
manifestaretur tres partes in
omni terra. Una pars est ecclesia.
id est catholicam. et duas in tertia ecclesia.
sanctos homines et perversos malos.
Et de duabus mixtis que est dies et
que noctis. occidunt tertiam qui
sibi consentiunt.

EXPLICIT EXPLANATIO
QUATTUOR ANGELORUM.

INCIPIT HISTORIA EQUORUM

Et vidi equos in visione et sedentes
super eos habebant loricas igneas
et iacintinas. et sulforeas et
capita equorum erant sicut leonum
et ex ore eorum exiit ignis et fumus.
sulfur. Ab his tribus plagis oc
cisa est tertia pars hominum

et igni fumo et sulfore quod exiit
ex ore eorum. Potestas enim equorum
in ore et in caudis eorum. Caude enim
similes serpentibus habentes capita
et in his nocent. Et reliqui hominum
qui non sunt occisi in his plagis
non egerunt penitentiam ex operibus
manuum suarum ne adorarent de
monia. et idola argentea et aurea
et erea et lapidea et lignea que
neque videre possunt. neque audire
neque ambulare et non penituerunt
ab homicidiis suis neque ex beneficiis
suis neque ex fornicatione sua neque
ex furtibus suis.

MADRID. — REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA

2011 Ministerio de Cultura